

Et divinum à veteribus est nominatum, cuius virtutes à Diodoro Euchyont. lib. 2. de polychym. cap. 9. 44: numero, Et postea à Conrado Khunrath, medull. destil. tom. 1. tract. 11. recensentur. Alii hoc oleum reddunt melius hoc modo: Recipe storacis calamithæ partes tres, olei terebinthinæ partes duas, olei Philosophorum partem unam; digere aliquandiu; postea destilla per retortam, Et serva.

### OLEUM SULPHURIS.

Recipe sulphuris triti libram unam, calcis vivæ libram semis; salis Mercurialis sive Armoniaci  $\alpha$  uncias quatuor. Misce, & per retortam oleum destilla: quod ad vulnera  $\beta$  & ulcera  $\gamma$  utilissimum.

$\alpha$  qui sublimatur instar mercurii.

$\beta$  scilicet antiqua.

$\gamma$  maligna.

Nota. Si per salem petreæ vis destillare, ne propè admoveas igni; sed altè in cineribus loces, donec discat ignem pati.

Olei sulphuris præparatio se- Penotus in hunc modum felicissimè elicit: cundum Penotum. Sulphur ter sublimatum in vitro perfunditur spiritu terebinthinæ, quantum satis ad solvendum. Stent in calore leni, quousq; colorentur ut sanguis. Affunde optimum vini spiritum ad tres digitos. Relinque, donec spiritus vini tingatur. Effunde refuse alio, Et extrahetur.